

2.  
(2)  
Zweiter prüfer

f

**ACTUS**  
**VALEDICTORIO-ORATORIUS,**  
*De*  
**VICTORIA & TRIUMPHO**  
**CHRISTI,**

**In Auditorio Scholæ Torgensis Superiori,**

Anno M DCC XIX., die XVII. April.

Hora pomeridiana & seq,

habebitur,

*Ad quem*

Spektandum & audiendum,

**Honorandos Patronos, Fautores**  
**& Amicos.**

Quam humillimè invitat:

**P. P. FEKNO, Schol. Torg. Rect.**

**TORGÆ,**

Typis JOHANN. ZACHAR. HENFL.

**A**nno M DCC XV, tempore quadragesimali, die 16. Aprilis, celebravimus Divina favente Gratia, in nostro Torgenti Lyceo, actum oratorium de Agno Paschali, in honorem Christi patientis; eodem hoc tempore, anni jam currentis M DCC XIX, die 28 Martii, alium instituere volumus, & quidem de Vacca Rufa, ceu de elegantissimo typo Christi Salvatoris, quæ omnes circumstantias & qualitates, item quæ effectum, nempe expiationem: sed, certam ob causam, differre nos oportuit hunc ritum scholasticum usque ad tempus supra denominatum, mutato autem tempore, mutata est etiam materia ipsa, eo quod tristitia, tristi, læta lato, convenient tempori. Elegimus itaque materiam nostri actus: Victoriam & Triumphum Christi, ut scilicet materia, tempori conveniret. Vocem Victorie, quæcûmque illa sit, audari jucundissimam esse, nemo negabit; at, si ejusdem antecedentia & concomitantia, juxta animi lance aliquis ponderabit, sine omni dubitatione affirmabit; quod eadem, magis quam acutissima tela, corda humana perforare soleant. Hoc, si extra cancellos, Victorie & Triumphum Christi sacros, in campos, ut ita dicamus, politicos, evagari vellemus, innumeris sane exemplis, tam ex veteribus, quam ex novis historiis, comprobare possemus; sed procul sunt hinc jam profana, cum tantummodo Victoriam & Triumphum Christi, in hac pagina, perstringere decreverimus. Quod autem hanc Victoriam attinet, circa eam antecedentia, concomitantia, & consequentia jure consideranda. Per antecedentia, Victorie Christi triumphantis, nos hic nihil aliud intelligimus, quam velitationes Christi cum suis hostibus, & metum discipulorum ejus, ante prælium magnum, seu plenariam Passionem Christi. Velitationes autem Christi Victorie Triumphantis nos hic nominamus, certamina illa parva, quæ Christus jam Victor Triumphans, cum Judæis, sæpe habuit, & quidem ferme statim à Nativitate sua. Utpote, cum Herodianæ Tyrannidis causa, in Ægyptum fugere cogeretur, teste Evang. Matth. Cap. 2. v. 13. & seq. item, cum cives Nazarei, secundum de monte deturbare vellent, uti legimus, Luc. Evang. cap. 4. v. 29. vel cum Pharisei, & alii Hierosolymitani cives, eundem in templo lapidibus obruere vellent, quam acerrimam velitationem describit Evang. Joh. cap. 8. à v. 21. usque ad finem. Ut jam insidias illas multiplices, quas pessimi Pharisei, Iegisperiti, & alii Judæi, eidem struxerant, per eandemque illum, in edium populi, & tandem in periculum vitæ, deducere conati fuerant. Harum insidiarum mentionem faciunt Evangelistæ, nimirum Lucas, cap. 14. Matth. cap. 22. v. 15, & seq. ut jam alia testimo-

testimonia taceamus. Hæc, & aliæ velitationes Christi, cum Thariseis, Legispetitis, & aliis Judæis, etsi non in Christi ipsius, jam Victoris triumphantis, certe tamen in Apostolorum, & aliorum Christo adhaerentium hominum corda, instar telorum cuspidatorum, penetrabant. Sed, ut jam metum, & tristitiam Discipulorum Christi, aliorumque cum Discipulis his, Christum, jam Victorem triumphantem, sequentium hominum, breviter perstringamus. Quotiescunque itaque dulcissimus Salvator, jam Victor Triumphans, discipulis suis, passionem suam plenariam, seu prælium magnum annunciauerat, toties in magnam tristitiam & metum, coniecti fuerant, ut testatur Matth. cap. 20. v. 8. item cap. 17. v. 22. 23. Hæc autem tristitia & metus, partim ex ignorantia, partim vero ex vana persuasione, & Judaica opinione, oriebatur. Ex ignorantia inquam, quia Discipuli, Christi jam triumphantis, verba ejus, quibus passionem suam magnam, eis annunciauerat, non semper intellexerant, & quid iisdem ille significaret, interrogare timerant; quod Evangelista Marcus, Cap. 9. v. 31. 32. & Evang. Lucas, Cap. 9. v. 44. 45. comprobant. Ex vana opinione, dico denique hæc tristitia & metus Apostolorum oriebatur, tam ante passionem magnam, quam in passione ipsa, & post mortem Christi, quia firmissime sibi persuasum habebant: Christum jam triumphantem, mundanum Judaicæ gentis Regem futurum, seque, ut ministrissimos ejusdem, magnis muneribus & functionibus, in hoc Regno præfectorum; quæ vana eorum opinio satis ex illorum mutuis questionibus elucescit: Quis scilicet in Regno Christi, futuri sui Regis, maior sit futurus? Vide de his; Marc. 9. v. 34. item Luc. 9. v. 46. Ut jam nihil dicamus, de colloquio duorum illorum discipulorum Emausiacorum, uti ita vocantur; de quo coll. vid. Luc. 24. v. 11. seqq. Accedimus tandem ad prælium magnum, seu plenariam Christi triumphantis passionem. Nominamus autem nos, hanc passionem Christi triumphantis plenariam, prælium magnum, quia is omnino, plus hoc in prælio, hostibus suis omnibus nocuit, quam in singulis antecedentibus velitationibus, de quibus jam supra dictum; quæ in re, optimus typus, Christi vincens & triumphantis, fuerat Simson, notissimus ille in Sacris, populi Israëlitiæ Heros. Prælium autem hoc magnum, Christi vincens, & triumphantis, in variis consistebat circumstantiis: scilicet, dum ille perfide proditur, violenter à militibus emissis invaditur, impetuosè abductur, ab uno injusto judice, ad alterum malitiosè trahitur, coram Pilato innocens sistitur eidemque, tanquam maleficus traditur, ab eo flagellatur: spinis coronatur, à nullius momenti homuncionibus, & scurris illuditur, ad mortem damnatur, ad lectum supplicii, crucem ipse portans, sine omni Misericordia raptatur, crudelissimè cruci affigitur, & tandem moritur; profecto, jure æquo, passio magna seu prælium magnum, appellari potest. Durantibus his, hujus magni prælii circumstantiis, Christus Victor triumphans, multis præterea dolorum, illusionum, falsorum testimoniorum, & periculorum questionum telis, adpetitus fuit; sed, omnia eadem sapienter, fortiter, & patienter à se avertit, & quidem in hostium suorum perniciem, ita, ut & in morte sua eosdem vicerit: quemadmodum olim Epaminondas, Thebanorum Dux, Lacedæmonios. Codrus, Atheniensium Rex, eosdem. Gustavus Adolphus Rex Svecorum, Evangelicæ Religionis hostes, ut alios taceamus, de Simone jam diximus. Ergo non est absurdum, ut Dux bellieus moriatur, & tamen vincat. Inter hos vero & alios, Christus Vincens & triumphans

umphans, habet prerogativam, ut nobis ira loqui liceat: nam alii omnes adhuc jacent, Christus vero Surrexit & triumphat, vid. Apocal. i. v. 19. 1. Cor. 15. v. 4. 2. Tim. i. v. 10. Jam, post praelium magnum, feliciter & potenter peractum, sequitur victoria, quæ fundata hic est, in devictis hostibus, qui fuerunt: peccatum, mors, diabolus & infernus legatur de his devictis hostibus: 2. Thim. i. v. 10. 1. Cor. 15. v. 54. seq. 1. Petr. 3. v. 18 19. Hof. 13. v. 14. &c. Signa evidentissima hujus victoriæ sunt: 1. Vivificatio, 2. descensus ad Inferos, 3. Resurrectio, 4. Apparitio, quæ Christus resurgens, se suis conspiciendum præbuerat. Victoria, plerumque opima, secum ferre solet spolia, quæ nec Victoriæ Christi triumphantis defunt, eadem autem existunt: primò, adempta hostibus potestas, deinde recuperata totius humani generis salus. De quibus spoliis vid. Pf. 68. v. 19 ad Ephes. 4. v. 8. Ef. 53. v. 4. 5. & alibi. Ita omnia, excipit triumphus Christi, qui nihilo aliud est, quam majesticus ascensus ad cælum, quem Regius Propheta Davides, breviter describit, Pf. XLVII. v. 6. Hæc pauca sunt, quæ hæc vice per vires, morbo debilitatas, huic chartæ apponi poterunt, sine accuratiore meditatione: quæ restant, sequentes Lycei nostri alumni supplebunt perorando:

- I. JOH. CAROL. Bollnat/ Servesta Anhalt, de convenientie rei cum tempore, in Sacris.
- II. CHRISTIANUS WILHELMUS Kieß/ Elsnigensis Mifn. de Convenientia rei cum tempore, in profanis.
- III. CHRISTIANUS GODOFR. Walther/ Schliebena Saxo, de tristitia Christi ad hærentium, ante Victoriam ejus.
- IV. CHRISTIANUS GOTTLOB THÆREUS, Liebenwerda Saxo, de hostibus Christi.
- V. JOH. DANIEL. Behrens/ Torg. Mifn. de Christi velitationibus, cum suis hostibus.
- VI. CHRISTIANUS Schmidt/ Torg. Mifn. de prælio magno Christi triumphantis.
- VII. CHRISTOPHORUS ULRICI, Torg. Mifn. de Victoriâ Christi triumphantis.
- VIII. CHRISTIANUS Biersich/ Polwicensis Mifn. de triumpho Christi Vincentis.
- IX. GEORGIUS Lwest/ Bernavia Marchio Brandenb. de cælo illo, in quod Christus triumphans ascendit.
- X. CHRISTIANUS Gottlieb Seebach/ Wittemb. Saxo, de Apostolis, Christi emissis Ducibus.
- XI. JOH. CHRISTOPH. Gröblich/ W. Idenhayn. Mifn. de triumpho antiqv. Roman.
- XII. JOH. CHRISTOPH. Häußler, Torg. Mifn. de modo triumphandi antiqv.
- XIII. JOH. FRIDER. Sturm/ Calav. Lusat. de origine triumphorum.

Ex his,

Duo optimæ Indolis juvenes, nempe:

- |                                  |               |
|----------------------------------|---------------|
| 1. CHRISTIANUS GOTTLOB THÆREUS,  | } valedicent, |
| 2. CHRISTIANUS Gottlieb Seebach/ |               |
- quos omnibus, de meliori nota, commendamus.



78 M 437




TA → 06

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077





ACTUS  
VALEDICTORIO-ORATORIUS,  
DE  
VICTORIA & TRIUMPHO  
MISTI,

e Torgensis Superiori,  
IX., die XVII. April.

ridiana & seq,  
ebitur,  
quem  
& audiendum,

tronos, Fautores  
nicos.

imè invitat:  
chol. Torg. Rect.

Æ,  
ACHAR, HENPI,

